

# **Dissertatio inauguralis de renum et vesicae calculo / [Joseph Clauder].**

## **Contributors**

Clauder, Joseph  
Rolfinck, Werner, 1599-1673  
Universität Jena

## **Publication/Creation**

Jena : B. Lobenstein, 1644.

## **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/dvf2sn42>

## **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

Sub Benignissimis S. S. Trinitatis Auspiciis

*Nec non*

Decreto & Autoritate

*Illustris & Gratosissimi Senatus Medici in Celeberrimâ  
ad Salam Academiâ,*

DISPUTATIONEM INAUGURALEM

DE

RENUM ET VESICÆ

CALCULO

SUB PRÆSIDIO

*Viri Nobilissimi, Amplissimi atque Experientissimi*

DN. GVERNERI ROLFINCK,

Philosophi Clarissimi, Medici Eminentissimi, Pra-  
cticæ, & Chim. Professoris Publici, nec non Facultatis Senioris Gra-  
vissimi, Domini Præceptoris, Promotoris & Patroni omni  
observantiæ cultu prosequendi,

*Summam in Arte Medicâ, qua DOCTORATUS est, Ado-  
ream, Laureamq; Apollinarem prensaturus,*

publicè exponit

M. JOSEPHUS CLAUDERUS,

Altenburgensis Misnicus, Practicus apud Fran-  
cohusanos Ordinar.

*Ad diem Septembris,*

In Auditorio Majori, Horis solitis.

---

JENÆ E calcographæo BLASI LOBENSTEINS,  
Anno clc Ibc XLIV.

Señor Don Juan de los Rios

Director de Estudios

Excmo. Sr. Don Juan de los Rios

DISERTACION

DE

CALICLO

DE

DR. GONZALEZ

DE

DE

DE

DE

M. JOSE FERRER


DE

DE

DE

DE

DE



J. J!

## THESIUM PRÆCO.



Ostquam astutissimi Serpētis fraude, recluso *Boni & Mali* cognitionis speculo, justâque JEHOVÆ irâ occluso pulcherrimo Cœlestium Deliciarum Horto, Paradiso,

*Theiologis* Animam subjecit Lapsus Adami,  
& *Corpus Medicis, & Bona Juridicis.*

Pristinarum equidem Deliciarum finis, omnium ærumnarum principium post se relinquens, miseros nos mortales jam dudum certiores reddidit; eam in hoc Mundi Theatro superesse calamitatem, cujus si vel sola quis primordia degustârit, primas statim de ultimâ quiete cogitationes instituat, atque in ipso principio & ætatis flore, satur vitæ, finem meditetur. Etenim *Animi & Fortunæ* malis impræsentiarum sepositis, quid aliud in hac vita vel vitæ potiùs umbrâ, quàm multos, magnosque *Corporis* Morbos, acutissimos istos *Mortis* aculeos, percipimus? Sufficeret sanè exquisitissima Carnificina, & Morborum gravissimus, CALCULUS. Is, cum ferè quilibet morbosorum Affectuum in peculiari Corporis sede castrametetur, solus [ quod ad unum omnes approbant perpetui humanæ miseriæ spectatores, MEDICI, ] universam, & tanto Naturæ artificio fabricatam, & expolitam, & exornatam structuram invadit; quin imò contentas in eâ Partes & administrantes, & principatum tenentes mole suâ, & dolore, immanissimo semper comite, modis infinitis pertentat, ex-cruciat, exanimat, vitamque hinc aut calamitosam reddit, aut prorsus, eheu! adimit. Sed quorsum digredior? Rem magis deplorare videor, quàm declarare; magis animadvertere, quàm avertere, cum mentem erigat, quod per Dei in-

effabilem. Misericordiam habeamus adhuc in Terris, quas gratis pectoribus deveneremur, & veluti sanctissimas reliquias exosculemur, salutare quàm multas Medicinas, quarum vim, fato non obstante, variegata morborum atrocitas nunquam effugere potest. Quamobrem ut & Nos dubiæ hujus valetudinis, utpote quæ opem medicam quam maximè efflagitat, si non felices depulsores: tamen solertes præcautores appareamus, blandaque levamina, si non exquisita remedia videamur admoveere, & Curam impræsentiarum adornare constituimus.

JESU, Archiater benignissime, in hosce Conatûs Bonitatis tuæ influxûs concede irrorare, ut gaudeamus exoptandâ metâ, usus prodeat, Tibiq; soli GLORIA! Sit itaq;

MEMBRUM I.  
De Calculi Naturâ.

THESIS I.

CALCULUS sive Lapis, Corpus istud durum, de quo per-  
paucâ Hipp. lib. de Nat. Hom. & lib. de Aer. Aq. & loc. item 6.  
Epidem. Plura verò Galen. 6. Epidem. Comment. 1. §. 6. & Com-  
ment. 3. §. 15. item Comm. in lib. Hipp. de Aer. Aq. & Loc. c. 5. Et  
2. loc. aff. c. 5. itemq; 6. loc. aff. 2. & 3. deniq; Lib. de Ren. aff. c. 2.  
CALCULUS, inquam, sive Lapis à Latinis *κάλυκτος* à si-  
militudine rerum externarum sic dicitur, quod Calculum,  
vel Lapidem referat, & Patienti, aut cuivis alii non accuratiùs  
intuenti Lapidis cujusdam specie sensibus imponere possit.  
Paracelsus Lib. 1. de Morb. *Stein* satis convenienter nomen *Stein*  
ipsi imposuit. Germanorum idiomate exprimitur, *der Stein /*  
*Stein-wehe-tagen / Lenden-und Blasen-stein / Gris oder Sand.*

II. GRÆCÈ appellatur *λίθος*, vel magis *λίθιασις* ac si  
dicatur Calculosa Dispositio & Affectio: *Aliis Νεφελίτις* dici-  
tur, nomine deducto ab ipsis Renibus, quos *Νεφρός* vocant.  
quam-

quamvis *Nonnulli* cum primis *Gorveus* doceant, insignem distinctionem inter *Λιθίασιν καὶ Νεφροῖσιν ἢ Νεφροῖσιδα* attendendam, illamque *Vesicæ*; hanc verò solis *Renibus* adjudicandam esse. Verùm cum promiscuè Vocabulum *Λιθιάσεως* cum apud *Veteres*, tum apud *Recentiores* videatur usurpari, etiam impræsentiarum in exprimendâ calculosâ *Renum & Vesicæ* dispositione discrimen hoc qualecunque non attenditur.

III. Et quoniam Calculus præter ullum Naturæ præscriptum atque non ad ædificandam: sed destruendam admirabilem partium structuram in *Microcosmo* subnascitur, quis aliter inde concludere poterit, quàm sub istis famosis p. n. generibus (*morbo, causâ morbi & symptomate,*) etiam eum comprehendi, diversoque respectu modò *causæ*, modò *morbi*, modò etiam *symptomatis* rationem obtinere. Frustrâ itaque allaborant anxie Disputantes, an Calculus sit Morbus solùm; an verò *Causa* solùm morbi, vel *symptoma*? Non enim ad unum tantùm Genus potest referri, inquit *Sennertus lib. 3. Prax. Part. 7. Sect. 1. cap. 6.* cum plures Res, quæ singulæ diversas definitiones requirunt, hoc comprehendantur nomine.

IV. DEFINITUR Substantia dura & solida in ipso *Renum Parenchymate* vel sinibus, inque *Vesicâ* ex succo crasso, glutinoso & *Freo*, mediante per *Spiritus Æthericos* vi coagulatricem specificâ, nec non adjuvante calore quodam exsiccante, in hunc modum concreta; acerbissimum & fixum dolorem, aliaque non mitiora inducens symptomata.

V. GENERIS loco, ut omnia p. n. genera includantur, substantiam ponimus, non quidem simpliciter; sed cum adjectione, ne hac ratione ex numero accidentium morbum videamur tollere.

VI. ΠΡΩΤΟΝ ΔΕΚΤΙΚΟΝ sive SUBJECTUM adæquatum, sunt *RENES & VESICA*, partes quasi ad hoc tormentum præ aliis damnatæ, ob diluvium humoris *Frei*, quo perpetuò diffluunt. Quamvis suo modo in œconomia corporis nulla reliquarum partium ab hac calamitate immunitatem sibi polliceri possit. Id quod juvat non Autoritatibus

modò Virorum in Arte Medicâ summorum, verum etiam Exemplis & Historiis notatu dignis testatum facere.

VII. In CEREBRO non semel appa uerunt Calculi formâ & magnitudine admirabiles; sicut in hac re testes inter alios se sistunt *ἀντωνίου* Thomas à Vega & Johannes Kentmannus lib. de XII. calculor. generib. in Homine. Ex LINGVA eruptum Calculum se vidisse Forestus tantoperè asseverat. l. 24. observ. 18. in Schol. Id quod exemplo confirmat simili Jacobus Foroliviensis.

VIII. In MAMMILLIS Lac lapidescere autor est *Doctissimus Lemnius de Occult. Nat. mirac. l. 4. c. 12. p. mihi 407.* Et lentum Humorem in grandinem concrefcere, atque hanc tandem in veros calculos abire notat *Fernelius de part. morb. & sympt. l. 5. c. 10. p. 549.* Qui iisdem confertos PULMONES sæpiùs deprehendit. Generosus quoque ac illustris quidam Baro in extremis ASPERÆ ARTERIÆ ramulis ac propaginibus natos, calculos locique figuram referentes, cum sputo non semel excrevit, prout posteris reliquit, *Medicus ille Cæsareus, Rembertus Dodonæus in Medicinal. observ. exemplis raris c. 23.*

IX. Notatu dignissima est Mulieris Historia apud *Hollerium l. 1. de Morb. intern. c. 29. in schol.* in qua quatuor mensium spatio incredibili urinæ cruciatu laceffitâ, duo post mortem in CORDE cum multis abscessibus reperti fuerunt Calculi, Vesicâ & Renibus integris. In CORDE alterius, qui ejus Palpitatione ad miraculum corripiebatur Lapillus quidam niger ad extremum usque halitum commoratus est; quod nititur *Thomæ Erasti* autoritate & testimonio gravissimo in *Consil. à Scholtz. edit. consil. 103.*

X. Ita *Wernerus Rolfinck, Præceptor & Patronus noster observanter colendus* aperiens cadaver fœmininum Anno 1637. in Aulâ illustrissimâ *Vinariæ*, postquam invenerat in Hydrops uterino Aquæ ichorosæ, sinistro ligamento inclusæ, tantam vim, quantam vix queo dicere, simul in VESICA FELLIS repertos lapides, globulum lusorium imitantes, plusquam triginta, magnoperè admiratus est.

XI. Quin imò apud *Hipp. 5. Epidem.* Famula Dyseridis, non levibus prius laceffita (quod magis mirū) partus doloribus è CERVICE UTERI Lapidem dejecit notante id *Mercuriali, l. 2. de excrem. hum. corp. & Acum Calculo è VESICA extracto, inclusam oculis usurpavit Paraus. l. 24. cap. 19. de his quæ monstrosa in morbis contigerunt.* Quæ tandem VENTRICULOS occupârunt, LIENES & MESENTERIA aggravârunt, inexplicabilibusque symptomatibus implicarunt Calculorum copiæ, angustis paginis ulterius non inferimus.

XII. Ex his tamen omnibus, ut paulò superius indigitavimus RENES & VESICA frequentissimum & commodissimum Calculis præbent domicilium, quoniam primæ & secundæ coctionis illa crassa & serosa excrementa familiaritate quadam nobis incognita ad se trahunt. Afficiuntur vel ambo, vel alter, & quidem vel quoad sinûs, vel quoad substantiam parenchymaticam, vel quoad utrumque, docentibus id præ aliis *Galeno Comm. in 6. Epidem. t. 6. & lib. de Ren. aff. Ludov. Mercato, l. 3. Med. Pract. de Aff. infer. ventr. c. 29. Re & Nomine Felix Platerus* extimam tunicam pingvem Calculo non leviter aggravatam comperit, uti notat in *Exercitationibus suis Anatomicis.*

XIII. In *Cavitatibus & Ureterum tubulis* materia aliunde vel in iisdem coacervata facili subsistit negotio, eosque divellit, distendit, lancinat, non rarò exulcerat, infinitisque dolorum tormentis discruciat. Non possumus non notare locum *Adriani Spigelii, Anatomici Excellentissimi* Cavitates specialius describentis, *Anatom. p. 133. ubi de Emulgentibus. Vena hæ, inquit, non tantum ad deferendum Renibus alimentum; sed etiam ad serosos humores deferendos conferunt, cum eos ad mammillares carneos processus deponentes in fistulas Ureterum percolent, unde in pelvi colligitur sensimque ad vesicam destillat: Atque hic locus, pergit, notandus est, in quo Calculi Renales generari consueverunt, cum non sit in vasis emulgentibus, venâ, aut Arteriâ: sed potius in cavitate Renum, sive in Pelvi & Tubulis illis ureterum.* Hæc ille. Hæc cavitates & Meatus cum omnibus



bus Corporis humani partibus, incomparabili elegantia & perspicua magnitudine pretiosè & speciosè Tabulis æneis incidi curavit, *Jul. Casserius, Placentinus Anatomicus & Chirurgus Patavinus, in opere suo Anatom. l. 8. tab. X.*

XIV. De VESICA, solus quod sciamus, pugnam movet *Fernelius, Pathol. l. 6. c. 15. p. 609.* contendens, Vesicam non *πρωτοπαθητικῶς*: sed saltem *δευτεροπαθητικῶς* in Calculo affici, ideò, quod nunquam viderit Calculo Vesicæ vexatos, quin iidem Nephriticis Passionibus ante tentati fuerint.

XV. Verum enim vero jam dudum in Schola Medicorum non potuit approbari hæc sententia. Non quidem negatur, aliquem conclusum in Vesicâ Calculum rudimentum suum traxisse è Renibus, vi excretrice validâ eum à se propellentibus, qui postmodum allatarum cum Urinâ sordium & arenularum adhæsu in Vesicâ augmentum sumserit: Ex eo tamen quod aliquando fit, ad id, quod semper fieri debet, consequentiam neçtere, à *Fernelio* frustrâ allaboratum iri, æstimatur. Et Pueros Nephriticòs nunquam, aut certè rarissimè dari, vel Lippis notum est & Tonsoribus. *Διψῶντες* autem quis non vidit? *videatur Brassavola 4. part. Comm. 49. & Cardanus 3. aph. Comment. 26.*

## MEMBRUM II.

### De Calculi Causis.

#### THESIS XVI.

De CAUSIS accuratam inquisitionem instituire, non tam curiosum erit, quàm fructuosum. Nisi enim Materia, Auctor & modus coagulationis nobis innotescat, qua quæso ratione idonea contra Calculum remedia accommodabimus? De utraque, tam *Materiali*, quàm *Efficiente*, ingens est Autorum concertatio.

XVII. MATERIAM Calculi quoddam detentum in corpore & p. n. constitutum excrementum esse, nemo est, qui negat, nedum negabit quispiam. Sed quod & qualenam illud

Illud sit, id quisque pro suo, quo abundat, Judicio, videtur  
explicare. *EVeterum* quidem Familiâ oriundi DOGMATI-  
CI, nominatim *Galenus*, 3. *aph.* 26. *Paulus ex Æginâ*, l. 3. *cap.* 45.  
*Trallianus*, l. 9. *cap.* 4. & alii, agnoscunt pro eâ *Pituitam lentam*  
*atq; viscidam*, eamque dicunt vel solam albam, & puris instar  
crassam, ob humiditatem nimirum & viscositatem, docente  
id *Capivaccio*, l. 3. *Præf. c.* 28. vel, [ *ut Trincavellii mens est,* ] hu-  
more melancholicô aut biliosô permistam, esse causam, quò  
partes faciliùs coalescant, præsertim si præstò sit immodera-  
tus Renum Calor.

XIIX. Quam opinionem *quidam ex Recentioribus* ad  
amussim legum Doctrinæ Physicæ ulterius exigentes, ad ly-  
diumq; rectæ Rationis lapidem accuratiùs affricantes pro-  
digiosè futilem deprehendunt, ac inane prorsus somnium  
esse judicant, hoc unico, si non aliis, persuasi: Quòd multa  
reperiantur corpora pituitosis, lentis ac viscidis humoribus  
hinc inde scatentia & quasi turgentia; quibus tamen nec  
minimum quidem negotii sit cum dirâ ista atque durâ passio-  
ne Calculi. *Addunt*: si Pituita semper concurrat, ut maté-  
ria proxima, sequi irrefragabiliter, in vesiculâ fellis, nullos  
prorsus generari Calculos; Ratio, quia in cholidocho seu  
cysti fellea solùm Bilis excrementitia contineatur, neutiquâ  
Pituita, aut crassus humor alius: Naturam enim unicuique  
humorem suum proprium *εὐδοχίον* seu receptaculum in œ-  
conomiâ corporis destinâsse: *Bili* hanc cystin, *Melancholia*  
*Lienem*, *Pituita* *Ventriculum* ac *Intestina*: Ast in *cysti bilari*  
multos imò plures sæpenumerò quàm in *Ventriculo* aut *Inte-*  
*stinis* procreari Lapides. Sicut hac ipsâ de re longâ serie hi-  
storias diducunt *Fernelius*, *Forestus*, *Schenckius*.

XIX. HERMETICI, ab antiquâ sententiâ divortium  
facientes unanimiter censent, Calculi materiam esse Sal five  
♀rû, *Paracels.* l. 3. *Param. de orig. Morb. ex ♀ tr.* I. Quam *Crollius*  
*in Præf. Basil. Chemicæ* indigitat per relictam impuriorem ali-  
mentorum portionem in sanguine & humoribus alimenta-  
riis. *Severinus* per fructuum impuritates ad coagulationem  
destinatas; *Alij* per ⊖ terrestitati in sero & urinâ permix-  
tum;

tum; *Alii* lixivium, falsilaginem, aquam congelativam ad-  
jungendam putant.

XX. NOS à veritatis tramite minùs aberrabimus, si  
novam hanc & odiosam vocabulorum ambiguitatem à late-  
re linquentes mediâ incedamus viâ, & οἰκείαν καὶ ἐχάτῳ Cal-  
culorum materiam pronunciemus mucilaginem quandam  
¶ream seu succum lapidescentem, constantem partibus se-  
rosis, salis, terrestribus, itaq; dispositis, ut ob ingenitam vim,  
sponte suâ, ubi ubi locū & occasionem nactæ fuerint in sub-  
stantiam tophaceam concrefcere & condensari queant. Nec  
ita contra quempiam putamus dimicari, cui fortè materiam  
hanc vel humorem pituitosum, Biliosum, Melancholicum,  
aut quomodocunque, appellare libuerit; modò ipsum λιθο-  
ποίησεως ἔργον à materiaᾰ ἰδιοσυγκρασία & analogia non ex-  
cludat.

XXI. Vis hæc λιθοποιητικὴ seu spiritus lapidificus non  
ulla Qualitatum primarum, *calida* scil. aut *frigida*, EFFI-  
CIENTIS PRINCIPALIS rationem habet. Hic ubicunque  
locorum ¶ream, limosam, idoneisque aliis signaturis præ-  
ditam materiam invenit, in eandem naturali suâ ὀξύτητι, seu  
aciditate invehitur, non desistens, donec eam per sufficien-  
tem coagulationem in lapidem durum, firmum ac compa-  
ctum transmutaverit.

XXII. Cum enim, ut Διεξιῶς καὶ Ὀπισαμύως hac de re  
differit *Paracelsus*, Tr. 2. de Elem. Aqua c. 4. omnia Metalla &  
Mineralia in *Macrocosmo* ex spiritibus Θλιον suam solidita-  
tem & compactam substantiam nanciscantur; & ipsa rerum  
magistra, *Experientia*, doceat, tam in Thermarum Canalibus  
lapides & tophos accrescere, quàm in fontium & fluviorum  
partibus immixtas herbas, stirpes, injectaque ligna & coria  
congelari, nec non in marmora transformari: Quid quæso  
prohibebit etiam in *Microcosmo* eorundem spirituum ope &  
operâ Materiam dispositam, si locus & tempus conspirave-  
rint, nec potentiores Tincturæ aliæ supervenerint, in solidis-  
simam substantiam abire. Quodlibet enim corpus ex qua-  
cunque re fiat per coagulantem Θλιον spiritum fieri necesse  
ha-

habet, utpote in quo hæc vis cæteris qualitatibus præpol-  
let.

XXIII. Imò, si Anno supra millesimum tricentesimo qua-  
dragesimo octavo ex concitato per Terræ motum spiritu plures  
quàm quadraginta Rustici, mulgentes item cum vaccis ex-  
tincti obriguerint, ut ex *Aventino Histor. Bavar. lib. 7.* compe-  
rimur; & Aura Meridionalis flans certis Anni temporibus  
in *Montanis Provincie Chilensis Americana*, integras Equitum,  
turmas velut in statuas lapideas repentè redegerit, quas post-  
modum stetit in viâ eo aciei ordine, quo ante *μεταμύωσις*  
adhuc vivæ iter fecerant, narrat *Philipp. Camerarius, in de-  
script. Ptolem. augm. Cent. 2. c. 70. ex Cornel. Wittfidio.* Quis  
quæso in *Microcosmo* hujusmodi spiritus & Minerales aquas  
obvium quodque in saxum mutant, vocabit in dubium? cum  
non desit integri Embryonis in utero Materno in lapi-  
dem conversi exemplum, Heparque integrum, Renes & alia  
viscera formâ lapidis induta se videnda præbuerint; Et ute-  
rum lapideum viderit *Claudius à S. Mauritio, Acad. Dolane  
Profess.* Mammamque muliebrem saxeam, *Heurnius: Querce-  
tani* verò tempore, ut notat in *Diatet. Polyhist. sectione secundâ  
c. 4.* Puella quatuor annorum sine cibo ac potu per sesquian-  
num perstiterit, non certè aliam ob causam, quàm quod ob  
ventriculum induratum, Hypochondriaque saxeæ nihil po-  
tuit ingeri, nihil digeri, nihil planè egeri.

XXIV. Vim hanc coagulatricem *ἀρρητον* siccans vi-  
scerum calor mirè juvat, eandem Modus Substantiæ Renum,  
sive Dispositio Arenosa *Fernelii Pathol. l. 6. c. 25.* non remora-  
tur; sed magis accelerat. Hinc causam hujus coagulationis  
non tam in rebus externis, ingestisque in corpus, quàm in-  
connatis internis Viscerum Principiis quærendam esse lucis  
instar meridianæ satis clarè apparet. Hæc enim nacta jure  
hæreditario, vel alio, validissimam hanc *δυσάμιν*, sibi quod-  
vis oblatum coagulabile facili negotio coagulant. Et ab his  
licèt plures eruantur Calculi, subinde tamen alii atque alii  
velut ex perenni fonte scaturiunt.

XXV. ASTROLOGI Generationi Lapidum causam etiam assignant Epidemiam seu cœlestem, eamque non modo manifestam, verum & occultam, quæ efficax sit in omnibus habentibus symbolum. *Totum hoc vitium*, inquit *Francisc. Junct. Com. in Ptol. de Astror. jud. l. 3. c. 2. Saturni est, qui suâ naturâ maleficus, vesicæ & humori terreno præsidet. Et mox: Saturnus cū Mercurio in octavâ Domo, in nativitate diurna, significat, quod Natus erit calculosus, & laborabit vesicæ vitio &c.*

XXVI. CAUSÆ ANTECEDENTIS & PROCA-TARCTICÆ Titulo insigniuntur, quæcunque ☿rum mucilaginosum suppeditant, in quibusque ☉ lini spiritus copiosè delitescunt. Didicimus enim suprâ ex *Paracelso*, eas res omnes, in quibus tale sal redundat, Calculo generando opportunissimas esse; & omnem coagulationem, soliditatem, constantemque determinationem extra hominem in solo ☉le esse & vigere.

XXVII. PROPINQUIORES circa *Renes & Vesicam* stabulantur. Insigne illud *Robur & Potentiæ attractivæ* vel ob Calorem, vel Dolorem irritatio Serum & Mucilaginem plus justo attrahunt, siccant, coagulant. *Retentrix fortior, Expultrix debilior* materiam exire prohibent, illa quidem intemperie; hæc verò vasorum vel angustiam vel obstructione divexata. Hinc in quibus non latet hæc vis & dispositio, à Calculo planè immunes sunt, licet in cibo falsi, serosi & limosi plurimum cottidiè vescantur. Calor enim ardens semper cum succorum crassitie jungendus est, secundum *Galenum, lib. 3. de alim. facult. c. 17.* vel, ut *Platerus* habet, cum terrestri acris & falsus humor jungatur; Renumque siccitas p.n. & viarum angustia præstò sit.

XXIIX. REMOTIORES I. *Renum & vesicæ calorem & siccitatem p.n. augent, & vim attractricem stimulant*, quales sunt, *Corporis & Partium circumjacentium anomalia & dys-negoria* calida; alimenta & medicamenta calida; Balnea ex aquis excessivè calidis, vel etiâ frigidis aut aluminosis, ☿reis, ☉latis, ☿reis; supinus in plumis decubitus; Motus vehementior; Venus immoderatio.

XXIX. II. *Materiam suppeditant & augeri faciunt*, inter *Res nonnaturales* quæ & ἀνεπιτηδία, ἰσχυρὰ καὶ Διαφέρονται χυμὸς plurimam partem continent. Pertinet huc Panis Ponderosus non benè fermentatus nec benè subactus, aut malè coctus, caro ferina, bubula, porcina, anatina, anserina aut recens aut sale condita & fumo indurata; Animalium intestina, pedes cocti tam bovini quam suilli; Aves lacustres, Pisces prægrandes, pingves, limosi, infumati; nonnulla Lacticia, pultes ac placentæ non benè coctæ; Ova in sartagine frixa; Fructus immaturi, austeri, Pyra, Cydonia, Castaneæ. Olera & Legumina pleraque, præter Cappares, Asparagos Lupulum atque Ciceres.

XXX. *EPotum* non leve suggerunt ad miniculum Vina immatura, crassa, in argilloso solo pronata; dulcia item & ex pomis, pyrisque parata; Cerevisia triticea, feculenta; Aquæ palustres & ex Nive liquatæ, vel ex Mineris, quas perluunt vim lapidificam suscipientes. Quo nomine *Hippocrates* meritò culpavit Aquam magnorum fluminum & stagnorum in quo dulces pariter ac falsi, glutinosi cum thermalibus & aliis diversi generis rivulis sese exonerant. *Motiones validiores* statim à Cibo susceptæ Calorem coctioni incumbentem foràs evocant, Chylificationem ἀτελήν reddentes, crudioremque succum per Genus venosum rectâ viâ ad Renes deducentes, ubi postmodum ex multis quasi lamellis lapides prægrandes non possunt non coagmentari.

XXXI. *Res præter naturam* huc quoq; suum conferunt *Symbolum*. *Debilitas Ventriculi* primas tenet, vitium deinde primæ Coctionis non corrigit secunda, nedum tertia. Sic *Inflammationem Renum* Calculus ipse non rarò insecutus est. Et propulsâ *Quartanâ* tali ob id constitutione renibus inductâ dolores Calculi quendam, [à quibus antea fuerat immunissimus] apprehendisse Auctor est *Sennertus* princeps Medicorum, καὶ ὄντως ὡς ποτε δεόντως ἀντὶ τῆς προσπυύσεως καὶ ἐντίμους τῆς φωνήσεως ὀνομάζειν, l. 3. *Prax. part. 7. Sect. 1. c. 6.*

XXXII. III. *Materia Retentionem* juvant, *Expulsionemq;* prohibent, *Constrictio & Compressio* Meatuum in Re-

nibus, quocunque modo facta. Si enim viæ angustæ nimis fuerint materia ad coagulationem idonea facilè detinetur. Hinc habitu graciliores viri aut Juvenes calculosis affectibus sæpiùs pertentantur; Fœminæ verò rariùs, quia ampliori & breviori urethra proniùs arenulas excernunt, quo facto, omnis cessat coagmentatio. Solidi quiddam in Renibus aut Vesicâ occurrens, adhæsiõni non levè momentum adfert; eo enim seu fundamento innixa Materia non secus ac Saccharum Candi circa baculos ligneos circumcrescit. Sic, *Uvam deglutitam & Lapide obductam* quendam denuò excrevisse non aliorum sed propriâ fide refert Petræus *Nosolog. Harmon. Tom. 2. Dissertas. 40.* Otium ac nimia corporis *πάσην τῶν ἀπεψῶν* coacervata genera negligentissimè expellit.

### MEMBRUM III De Calculi Differentiis

#### THESIS XXXIII.

DIFFERENTIÆ Calculorum, quamvis fere sint innumeræ, & desumantur vel à FIGURA, cum alii Rotundi, alii verò oblongi, leves alii, alii asperi & angulares appareant: vel à COLORE, cum rubri, flavi, nigri aut saltem cinerei videantur: vel à DURITIE, cum nonnunquam spongiosi & friabiles; nonnunquam densi & compactiores existant: à MAGNITUDINE, cum alii parvi, alii prægrandes sint: vel à NUMERO, cum modò unus affligat modò plures: Præcipua tamen & notabilissima Differentia est, cum à LOCO AFFECTO, alius *Renum*, alius *Vesicæ* Calculus denominatur.

XXXIV. Hæ duæ Partes non uno semper modo affliguntur. Hinc de novo resultant variæ Differentiarum species. Vel enim *Renum Parenchyma*; vel *Cavitas seu alveus*, dextrorsum aut sinistrorsum, vel vasorum ductus, iique superiores, per quos nimirum serum cum sanguine ab Emulgentibus attrahitur, vel inferiores, per quos in Ureteres propellitur,

tur, Calculorum numero scatent, innumero. In *Vesicâ* etiam vel fluctuant & liberi sunt, vel fundo, lateribus aut collo; vel canali firmiter adhærent, ut notat *Hollerius l. 1. de morb. intern. c. 49. in Schol.*

XXXV. A CAUSA etiam, quæ *congenita & adventitia* est, non inutilem distinctionem desumimus, ubi Calculum in *Hæreditarium congenitumve*, vel *adscititium*, & *postgenitum* dividimus nihil morantes contrariam *Mercati* sententiam, quam pro neganda Hæreditariâ ad Calculum Dispositione in medium profert, *lib. 3. Med. Præf. de aff. infer. ventr. cap. 29.*

XXXVI. Cùm enim à Podagricis fieri Podagricos, & ab Amentibus, Leprosis, Epilepticis, Amentes, Leprosos, Epilepticos generari constet; quis mentis suæ aciem, rectumque Rationis iudicium ignorantia ita perstrictum habet, qui non videat, & ἀψυχῶς inde concludat, à Calculosis parentibus non aliam, nisi Calculosam procreari sobolem; præsertim cùm Tinctura & Principium illud *σοοπιόν* semini impressum, inq; sobolem jamjam derivandum nō præpeditur, nec ejus rudimenta vi & ubertate naturalis Balsami in utero superantur; Sed potenter Radicem Balsami occupant. Aut cum Seminis Paterni Vitium à bonitate Seminis Materni non corrigitur & emendatur; aut aliæ adsunt causæ quas videre licet apud *Petr. Severinum, Danum, in Ideâ Medicinæ Philosoph. c. 2.*

XXXVII. Nec nos ab hac opinione dimovebit, quod à Calculosis Parentibus Calculosa Proles non rarò non generatur. Cum vel sola Diætæ ratio, si eam liberi exactè servant, efficere possit, ut illa à parentibus contracta debilitas aboleatur aut minimùm corrigatur & humores calculis generandis aliàs aptissimi planè non generentur.

XXXIIX. Hoc ipsum sequens confirmat: Nam fieri potest, ut Filio à Calculo nunquam vexato, Nepos calculosis affectibus in immensum tentetur; Si nimirum Nepos vitium & imbecillitatem ab Avo per Patrem communicatam, erroribus diætæ augeat, & quæ expiratura erat quando in-  
bo-



bonâ & convenienti diatâ perstitisset, erroribus diatæ quasi exsulcitetur. Multa siquidem continentur in semine parentum, quæ maturitatis & exaltationis tempora expectant, & in Filiorum aut Nepotum astronomiâ demum explicantur.

## MEMBRUM IV.

### De Calculi Signis Diagnosticis

#### THESIS XXXIX

Causis & Differentiis cognitis, ordinis svadet Ratio, ut ad ΣΗΜΕΙΟΤΙΚΗΝ, utilissimam quidem, sed difficillimam Medicinæ Partem accessum faciamus, signaque, quibus in intimam Calculi naturam intrare possimus, exinde tanquam ex nobilissimâ thecâ depromamus. Sunt autem ea vel *Diagnostica*, τὰ τῶν παρῶντων δηλωτικὰ; vel *Prognostica*, quæ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι nobis prædicunt.

XL. Inter ΔΙΑΓΝΩΣΤΙΚΑ, in *Renali Calculo*, primas tenet *Dolor circa Lumbos*, qui fixus & non multum extensus est, & modò gravat, modò pungit, terebrat, lancinat, ob Lapidem à substantiâ renum ad illorum cavitatem, vel ab eorum cavitate ad ureteres se moventem, atque ita continui solutionem, extensionemque membranæ seu tunicæ exterioris nervosæ causantem. Post cibum transmissio chylo & excrementis in intestina augmentum sumit, teste Hippocrate l. 6. *Epidem comm.* Ren enim dexter, intestino Cæco, quandoque & Jecori, sinister verò Lienis & Colo, connectuntur.

XLI. Huic *Nausea & Vomitus* se comites jungunt, ob communionem & continuitatem vasorum ac membranarum. Nam ut habent elegantiores *Anatomici*. Nervuli à stomachico (qui oritur à sextâ conjugatione) ad Renes feruntur, & exterior tunica renes investiens, quæ fascia vulgò vocatur à Peritonæo ortum ducit, quod Ventriculo consentire notum est. Jam verò Calculo panniculos renum distendente inde etiam ventriculum vellicari ac ad vomitum provocari, quis non intelligit? τὰ ἐξ αὐτῶν καὶ κοινὰ ἐν

τοῖσι παθήμασι πρῶτα καὶ μάλιστα κακῆται inquit Hippocrates, libello περὶ χυμῶν Gavelcôpherus cent. 1. cur. 91. in Annotat. cum aliis Vomitum exinde magis causari putant, quando humores biliosi & serosi ex jecore & huic affixo folliculo fellis, aut ex venis & arteriis (quæ propter obstructos renes & ureteres à serositate & biliosis humoribus exonerari nequeunt) in ventriculum plurimis itidem venis & arteriis oblitum, regurgitant, suaque copiâ & stimulante acrimoniâ ad motum hunc incitant.

XLII. Sequitur *Stupor Femoris*, pro conditione renis affecti, nunc dextri, nunc sinistri nunc utriusque, qui quidem non ad venarum repletionem, ut existimant *Langius lib. 1. Epistol. 45. & Jacotius commentar in coac. Prænot.* Sed ad compressionem Lumbaris muscoli ψόας dicti, nervorumque suppellectile amplissimâ instructi. Eandem ob causam, & ob distensionem nervorum ac vasorum seminalium à pondere ipsius calculi *retractio testis, spinæq; difficilis inflexio* suboritur. Imò ob colluviem terrestrium & mucilaginosorum succorum *urina turbida*; ob erosionem verò venularum *cruenta* planè mingitur.

XLIII. Si in Vesicâ conficiatur *Calculus*, plerumque sentitur *dolor gravativus* ad pubem, perinæum, ac collum vesicæ. Præsertim partes hæ molestissimo sensu exuri videntur, si paulò vehementiùs se moverit æger, atque lapis fuerit grandior, sin minor *pruriginosus* saltem *dolor* & vaga quædam titillatio Naturam ad expulsionem stimulans percipitur. Hinc est, quod ait *Hipp. l. de aer. aq. & locis.* Pueros, qui Calculo Vesicæ laborant fricare pudenda, quia ab inibi contento calculo, indeque exortâ stimulatione acres vapores excitantur, qui collo vesicæ & cuti impacti eam inferunt titillationem.

XLIV. Cæterùm in *Vesicæ Calculo* supprimitur perpetuò Urina, non in *Renum Calculo*, quia duo sunt *Renes*. Ita etiam Stranguria & Tenesmus *Vesicæ Calculum* comitantur, non verò *Renum*. Sic Urinæ crassæ, turbidæ, & mucosum sedimentum habentes, etiam Calculi *Vesicæ* signa

exhibent. *Adriano Spigelio* hisce lubet addere *dolorem circa umbilicum*, in iis qui grandiozem *vesicæ calculum* gestârunt, semper observatum, quem accidisse scribit ob consensum umbilici, mediante uracho cum vesicâ.

XLV. LITHOTOMI immissione syringæ in Vesicam vel digiti in anum, *Vesicæ Calculum* explorant. Verum hic explorandi modus non est infallibilis: Nam (1) introitus instrumenti à multis aliis causis potest impediri, non semper à Calculo. (2) Sæpè nova facta additio nondum perfecte indurata nullam cum ferreo aut argenteo instrumento collisionem admittit; (3) Quin & interdum tangi non potest Calculus, quod vel in altiori Vesicæ parte contineatur; vel in humore crasso & viscoso sit immersus & involutus, quæ omnia probam hanc eludunt. Quare tacto Calculo affirmari ejus præsentiam posse credidere viri plerique in arte illustres; eo non tacto ejus absentiam non posse certò constitui.

XLVI. An *arenularum mictus* signis Calculi annumerari debeat, non injustè dubitatur. *Hippocratis* affirmativa quidem est sententia: *ὀκόσιον*, inquit *Venerandus Senex* 4. *Aphor. Comm.* 79. ἐν τῷ ἔρω ψαμμώδεα ὑφίσταται, τὸ τέσιον ἢ κύστις λιθία. Consentiant *Halyabbas* l. 9. *Theor. c.* 34. *Avicenna* 14. 3. tr. 1. c. 17. & alij. His tamen *Ludov. Mercatus* l. 4. de *Morb. c.* 10. se opponit strenuè immunitatem potius à Calculo inde deducens, eò quod valida renum expultrix futuram Calculi materiam longius de se propellat.

XLVII. Et sanè non *παθολογικόν* sed infidum signum *arenulas* esse, ex eo quilibet animadvertit; quod ex solo Calculo arenulæ non proveniunt; sed etiam ex uisione humorum, sive in epate, sive in ipsis venis contentorum; Deinde, quod non rarò Calculus adfuit, nec tamen arenulæ prodierunt, id quod in multis dissectis fuit animadversum. Quo circa eæ ipsæ non facti, sed fientis aut futuri potius signum statuentur. *Johann. Matth. de Grado* similiter Calculum inde significari ait, si ab usu medicamentorum *λιθοντείνων* excernantur, quod ex *Abubetro Rhaze* acceptum & ante *Rhazen* à *Galeno* admonitum constat, 6. de *loc. aff.* c. 3.

XLVIII.

XLVIII. Nec magis Calculorum injuriis exponuntur, qui arenas mingunt, quàm qui non mingunt. Frequentes enim in urina arenulæ quandam quidem; sed exiguam in lapidem propensionem ostendunt, quæque sæpè in lapidem non transeat. Pura autem urina vel summam immunitatem, Locis & Partibus robore decente & firmo constantibus; vel plurimam aptitudinem, imbecillioribus significant.

XLIX. Pergimus in signorum enumeratione & dolores Coli & Calculi distingvimus, quod ab initio discernere per arduum; adeò, ut ipsum olim Galenum, aliosque Medicos antiquos fatigaverint, mediosque tenuerint. 2. loc. aff. 5. & 6. loc. aff. 2. Symptomatum certè gravissimum Dolor est. Hic in Colico vagus, amplus & extensus est, prout ipsum Colon, omnium intestinorum amplissimum extenditur, & regionem Abdominis omnem, ultro citroque, fursum ac deorsum pervagatur; in Nephritico fixus est & stabilis. Colicus adscendit, ob situm coli, murmura inibi, mugitus & rugitus edens molestissimos; Nephriticus descendit, ob Ureterum continuitatem, partesque illas, quippe sensiles, pungit, terebrat, lancinat, distendit, dilacerat. Colicus totum ferè inferiorem ventrem occupat; Nephriticus loci per exiguum. Colicus Regionem epigastricam & umbilicalem; Nephriticus lumbarem infestat. Renum dolor præcessit gravans & obtusior; Coli verò pungens & acutior. In Colico dolore magis excrementa alvi retinentur, ut ne flatus quidem exire possit; In Nephritico magis urina supprimitur.

L. Interdum dictus Coli dolor vel à pituita vitrea, vel ab humore acri, vel ab inflammatione ortus eà intestini parte, qua juxta Renes volvitur, fixus & stabilis est, maximè in latere sinistro, ubi intestinum hoc, Naturâ sic disponente, angustius est, ne lienem premeret; & ita Calculum egregiè mentitur, sicut exemplo demonstrat Alex. Massaria l. 3. c. 18. Deinde tam in Colico, quàm Nephritico dolore tum Nausea, tum Vomitus infestat, quo primùm pituitosa hinc biliosa rejiciuntur. Hæc si contingunt, tunc non in uno signorum acquiescendum, sed ad eorum syndromen recurrendum est.

LI. In Scriptis *Avicennæ & Plinii* tacitam de his doloribus dimicationem advertere licet: *An nimir. Dolor Colicus major sit, an verò Nephriticus?* Prius *Plinius* negat, *Avicenna* posterius. Verum enim verò notatâ distinctione, dolorem alterum altero majorem esse vel intensivè, vel extensivè; firma utriusque stat sententia. *Secundum intensiorem* inter dolores, omnium suffragio, *renalis* est acerbissimus, eò quod ut acus renes & ureteres pertundit, cruciatusque parit incredibiles: *Secundum extensorem* autem major est *Colicus*, quia plures partes infestat, quàm *Nephriticus*.

LII. Tandem à *renum inflammatione* non difficulter discernitur *Calculus*. Dolor in ea continuò & sine intercapidine adfligit, nec dolor continuus solum; sed & pungitivus adest. *In Calculo* is modò gravat, *renum substantiæ* inhærens, (quia ipsa sensus expers est, & sentiendi vis tantùm membranis inest) modò pungit, in ureteres decidens & propè vesicæ membranulam hærens. Præterea à *Calculo* ut plurimum febris abest, quam *inflammationis* individuum comitem esse deprehendimus.

## MEMBRUM V.

### De Calculi Signis Prognosticis.

#### THESIS LIII.

Ad ΠΡΟΓΝΩΣΙΝ nos accingimus, quæ vel sola admirandum facit Medicum, *Hipp. in Prognost.* & à mortis vindicat crimine; frustra que secundum *Heurnium. Instit. Medic. l. II c. 1.* ad lanandum curandi ratio suscipitur, si lateat, qui *morbis sint redintegrabiles, qui ve calamitosi.*

LIV. Itaque *ex affectu*, qui chronicus & contumax est liberè pronunciamus, ob doloris vehementiam, quæ spiritus nimium quantum dissipat, indeque omne virium robur dejicit, periculosam esse *Ægri* conditionem; imò majus imminere periculum, si *Calculi* ob asperitatem aut magnitudinem ureteres non pertranscunt: tunc enim totalis meatuum obstructio & urinæ suppressio metuenda, ex qua postmodum restagnante sero, deductoq; in cachexiam & hydropem cor-

pore; supervenientibus etiam æruginosis vomitibus, æger, vel subito sævissimis cum cruciatibus animam exhalat, vel paulatinis tormentis natura tandem fatiscit & conficitur.

LV. Sic rationum ac autoritatum pondere firmata est sententia, impossibile esse ullá medicamentorum vi *Calculum inveteratum*, firmiter compactum, in siliceamque duriem concretum comminui, liquari ac resolvi; Nulla contra cum difficultate solvi, conteri, dirumpi & expelli mollem, rarum, spongiosum, & instar saltem coaguli densatum.

LVI. Notum quoque ex *Hippocratis Aphorismo 6to, sectionis 6tae*, quod Hæreditarius Calculus, isque imprimis, qui senes & ætate proveciores apprehendit, difficulter sanetur. Omnino itaque par est, ut hi præ reliquis Medico curanti aures præbeant benigniores & obsequentiores. Tenaciter adhærescentem vesicæ Calculum, medicamentis vix extirpari, & periculosè excindi sola inflammatio & febris ipsaque tandem mors vesicæ hanc dilaniationem, citis quasi pedibus insequens, abundè testatur. Magnus etiam & ramosus, per omnes renum sinus dispersus, expulsionì resistit strenuè.

LVII. *Sexum muliebrem* Calculo non adeò esse obnoxium, vel non tantos in excretionè sustinere dolores atque *virilem*, brevior & latior vesicæ cervix videtur persuadere; per illud enim viæ compendium Calculi materia antè arenulatum excernitur, quam cogi & injustæ magnitudinis Calculum assurgere possit. Concresecunt tamen nonnullis *mulieribus* Calculi, hi que æquè magni atque *viris*.

LIX. Morbo per longum temporis intervallum, levibus & parvis; non verò acutis accessionibus infestante; Calculis etiam parvis & rotundis exeuntibus; inflammatione exulante renum; nec partium consentientium intemperie confirmatâ; visceribus cæteris & venoso genere à cruditate vacantibus; Alvoque præstante obedientiam, & æger & medicus non desperabunt.

LIX. Similiter spe bonâ frustrari non sinunt, parum ulcerantes lapilli & arenulæ; urina quoad colorem, substantiam & contenta ferè naturalis; cibi minus fastidium; sitis

levior; vigiliæ, præsentēs nullæ; Juvenis robustus bonique habitus, nec à natura vitiatæ & dispositæ partes. *Innata namq; Calculorum fecunditas*, inquit *Aretæus lib. 8. c. 3. ut ad sterilitatem commutetur fieri non potest: facilius enim uterum concipiendo fœtui inhabilem quis reddat, quàm Calculis generandis aptos renes à calculorum generatione prohibeat, &c.*

## MEMBRUM VI.

### De Methodo Curativâ

& primo

### De Calculi Præservatione.

**LX.** Prolixius fortè Calculi naturam excussimus: iniqui essemus, si Curæ ipsius non daremus partes aliquas. Præcedat autem *Præservatio*, quam paucis comprehendit *Hippocrates 6. Epid. com. 1. t. 5. εὐδυνώβειν*, inquit, *non convenit, sed exerceri, non repleri, Juvenes veratro purgare, poplitem incidere, per Urinas evacuarè & mollire.* Perficitur *DIÆTÆ* Regulis, *PHARMACIÆ* Poculis, *CHIRURGIÆ* Adminiculis.

**LXI.** Ideò ad *DIÆTAM* & legitimam *sex Rerum non naturalium* administrationem primo collimamus oculo: *AEREM* purum serenum & temperatum præcipimus; Impurus & turbidus in crassatus nebulis ne corpus inficiat, aut illud exiccantes solis radii ambiant, aut *Renes* indumenta calida obtegant, prospicimus.

**LXII.** *VICTUM* quoad *Quantitatem* temperantiæ legibus definimus. Quæ quamvis vel maximè in *nephritide* requiratur; studiò tamen à plurimis negligitur: ubi fercula ferculis; acetaria acetariis; fructus fructibus; cruda coctis & in prima & in secunda mensâ, tertiâ etiam, superadduntur: Piscēs, carnes, recentes & salsi; variorum generum assa, elixa conchyliâ, ac (ne quid excidat) multa farciminum, minutaliumque, placentarum item, operis pistorii, genera, uno & eodem epulo ingurgitantur, aut ad multam satietatem vorantur. Ex tantâ ciborum varietate in ventriculo promiscuè congestâ infinitas cruditates & turbas excitari, quis igno-

ignorat? dum alia citius alia tardius mollescunt & in corpus dividuntur. Sed cum plerique ut velint vivant, idcirco etiam pati quæ nolint, necesse habent: Interdum quod largiori ingestione peccatur digestionem iterum & sequentis mensæ parsimoniâ in quantum corrigi potest.

LXIII. Quoad *Qualitatem*, cibum commendamus *Χυμὸν ἡγῆ & πέπλον*, cauiæ ac femini *νοσοποιῶ ἀντισυτικὸν* tenuantem in obesis citra acridinem, & lubricantem in gracilibus; non *ῤρεῦμ*, mucilaginosum, viscosum, aut exiccantem & calefacientem; non nimium salsum & aromaticum, quia *aromata* plurimum conferunt ad *ῤρι* generationem, *Paracels. de morb. ῤreis c. 10.* quæ verò vehementer salsa sunt, exiccando Renes ad arenularum generationem promptissimè disponunt. Faciunt ad salivam *aves in montibus degentes, baccis forsân saturati juniperis.* Carnes conveniunt *agnina, vitulina, vervecina, bubulæ juniores cum passulis, croco, macere & cinam. condite.*

LXIV. De solo pane sollicitè admonet *Trincavellius*, eum esse utiliore, qui non sit omninò expers *furfuris*, & minimè probandos esse panes, qui albissimi sunt, & similaginei appellantur: imò furfuraceum panem commestum in prima mensâ detergendo adjuvare dejectiones alvi. Sit autem iste panis benè fermentatus, subactus & coctus, sale conditus, quandoq; & *aniso* aut *fœniculo*. Cæterum *ova* profunt *tremula.* *Carnium juscula* sine noxâ palato blandiuntur.

LXV. *Fructus Cynosbati* à lapillis mundati, exiccati, & cum vino cocti, saccharo quæ ac cinamomo (quod *ἐνέγειται* quandam aperiendi & meatus urinæ roborandi continet) aromatizati laudibus in immensum extoliuntur. *Asparagi Turiones*, primis mensis comesti renes ab arenosis impuritatibus egregiè mundant. *Butyri, Olivarum olei & aliorum pingvium* usus, (quia latentem eduliorum *ῤρι*um adhærescere non permittunt) præservat insigniter. *Juscula Asparagi, Petrosel. Fœnic. & similia* valdè conducunt. *Jus Cicerum rubr. & decoctum Glycyrrizæ* egregium est. *Raphanus* ut injectum sal liquefacit, sic *ῤρι*um in corpore resolvere creditur: *Nuces Fagi, Pi-*  
sta



*stacia, Pineæ, Amygd. amar. Persicorum & Cerasor. nuclei, Juniperi grana, Alkekengi fructus &c. vi specificâ parili gaudent.*

LXVI. In POTU *nephriticus* aquam crassam limosam ac arenosam fugiet omnem: vina præea generosa, crassa item & nigra, qualia sunt *Hispanica* nunquam delibabit: sibi contra cerevisiam granis coctam bonis & benè claram, non recentem & feculentam sed benè depuratam, & mediâ ætate consistentem, nec non *Lithonripticorum* virtute imprægnatam propinabit. *Græci Medicina scriptores* laudarunt potum aqua tepida, ante cibum vel potum aqua frigida inter cibos ad extinguendum *renum* incendium. Hinc paulò impuriorem arte coctionis co:rexerunt, de qua *Gal. comm. in l. Hipp. de aer. aq. & loc. c. 4. & 5.* Deinde & *b. Epidem. comm. 4. §. 10.* Locus uterque lectu meherclè dignissimus & *Calculosis* etiam atque etiam perpendendus. *Svasu nostro* sub ingressum lecti plenis *lactis* vel *seri caprini* poculis, siccans *renum* & *jecoris* calor felici successu hodiè temperabitur.

LXVII. Unus moderatus & ante cibum susceptus MOTUS CORPORIS *Nephritico* probabitur; secus immoderatus, qui calorem *renum* auget, eorum pinguedinem resolvit, *Calculorum* & *Arenularum* generationem promovet. Ab immodico VENERIS exercitio non monitus abhorrebit; nam & hoc exiccando *renes* ad calculum mirè disponit & habilitat. Unde *Juvenis ille* in vita cœlibe calculi passiones nullas: *Maritus* verò, & in veneris castris miles factus strenuus, plurimas sanè experiebatur.

LXIX. Nullos in SOMNO & VIGILIIS errores committet: Quia ille corpus legne reddit, excrementis replet; *Hæ* spiritus resolvunt, *renes* & alias corporis partes enervant. Leviùs tamen peccabit *somno* indulgens quàm *vigiliis*, modò supra dorsum aut strata dura cubans non indormiat, quia hoc cubandi modo *renibus* præternaturalem quandam caliditatem & siccitatem necessariò imprimet, quæ postmodum, ut concausa efficientem principalem insigniter juvat. *Diurnus post meridiem* Nobis non est suspectus, quicquid artis nostræ fundatores contra eum moneant.

Nam

Nam æquè calorem innatum refocillare, concoctionem promovere, corpus distributioni humorum præparare, & facultates tam animales quàm naturales firmiores ac vegetiores reddere videtur. Suffragatur rationibus aliis, *Casspar. Hoffmannus, Medicinæ dictator incomparabilis, in Altorphinâ Noricorum.* **AFFECTUUM ANIMI** moderatio coctiones omnes felicitabit; Intempestiva verò commotio crudum in venas sanguinem præcipitabit, & in angustiis renum meatibus fæces in immensum congregabit.

**LXIX.** Hæc si in **REGIMINE DIÆTETICO** ad nutum transigantur, & nihilominus idonea *Calculo* excrementa producantur, tunc salubre **PHARMACEVTICES** implorandum est auxilium; cujus ope ita quemcunque præmunire possumus, ut incassumprehendant & excrucient *Calculi*. Nimir. quotannis sub *Veris & Autumni* initium per medicamenta electivè trahentia saburram humorum serosorum & ♀ reorum subducimus, in hunc vel alium modum:

*Rx. Rad. Liquir. Althea, Ononid.*

*Malv. Fœnic. a. ʒiij.*

*Flor. Malv. Genist. viol. a. m. s.*

*Spec. Diar. simpl. Off. Mess. a ʒis.*

*Hordei integri, cicer. rubr. a. ʒs. ʒij.*

*Sem. 4. frig. maj. ʒj.*

*Gran. alkek. ʒj*

*Cinam. el. ʒs.*

*Caricar. pingv. sebest. a. par. iij.*

*Aq. pluvial. ℥iij.*

*Pimpinell. ℥j.*

*vini odorif. ℥s.*

*Coqu. in diplomate ad ʒtia partis consumpt.*

*Colentur aliquoties f. l. a.*

*cum sach. albiss. ʒis.*

**CLARETUM**

*S.*

*Digestiv auff eslich mal.*

LXX. De hoc ut corpus *εὐργόν* fiat, manè jejuno ventriculo tamdiu bonum haustum propinamus, donec omne assumptum est.  $\text{¶}$  cum enim in corpore humano efficacissime resolvit, viasque urinarias aperit mirabiliter. Simile encomium merentur ex ipso  $\text{¶}$  *pro parata medicamenta*, utpote quæ præter vim digestivam simul resolvendi potestatem habent. Ideoque eorum usus frequens non potest non esse maxime proficiuus.

LXXI. *Peractâ humorum & viarum preparatione* hæc pro purgatione commendamus pilulas, humores  $\text{¶}$  reos,  $\text{Θ}$ -*fos*, & mucilaginosos è partibus, etiam profundissimis radicibus elicentes:

*Rx. Mass. pil. ¶ rear. querc. ʒj*

*Extr. diacnicu*

*Jalapü gumm. a. ʒss*

*Θ petrosel. gr. vij*

*Cum spir. ¶. vel alio f. pil.*

*nro. xv.*

*Involutæ crem. ¶. vel pulv.*

*Liquir. D. in Pixid. S.*

*Abführende Stein-Pillen.*

LXXII. *Delicatulis* his quidem in minori *dosi* satisfacimus, quæ tamen non minùs efficaciter operationem suam perficiunt, facultatem expultricem excitant & promovent. Descriptio talis est:

*Rx. Flor. Mercur. argent. gr. ij. vel ijij*

*è quibus cum momento*

*Extr. Rad. ononid. vel*

*selinor.*

*f. pil. nro ij. vel ijij*

*Inauratæ D. S. ut supra.*

LXXIII. Ita *Asarinis, Raphaninis, Helleborinis*,  $\text{Θ}$  *latis* & *ʒialib.* potestatibus vomitiones non sine fructu prolicimus, si vomendi desiderio quis flagret, & *cruditas* quædam peculiaris *ventriculum, hepar, lienem* cum partibus quibusdam conterminis, perque vasa conspirabilibus obsideat. Siquidem

dem vomitiones ad præcavendum Calculum à *Paræo lib. 16. c. 37.* pro singulari habentur remedio, quia & hoc modo antecedens calculi causa commodissimè revellitur, inq; diversum trahitur. Nobile est  $\ominus \oplus$  *li vomitivum. Gilla* secund. modum *Crollii* parata, & in *Basil. Chim. tit. 2 p. 119. descripta. Crocus & infusum vitri*  $\zeta \text{ij}$  & c.

LXXIV. Et hæc ut verno & autumnali tempore fiant, monemus. Interim diebus intermediis necessitate id urgente sequentem syrupum cum pilulis nemo aspernabitur:

R $\zeta$ . Syr. de Alth. Fernel.

vel si desit, simpl.  $\zeta \text{ij}$

Syr. viol. simpl.  $\zeta \text{ij}$ .

Spir. Junip.

Anisa.  $\zeta \text{ij}$

Spir.  $\ominus$  *lis rectif.*  $\zeta \text{j}$ .  $\text{Dj}$ .

M. D. ad Fict. S.

Stein-Safft/darvon des Tages drey mal.

R $\zeta$ . Thereb. cypr. pellucid.  $\zeta \text{ss}$ .

Rhab, omnib. notis probati &  
pulverisati  $\zeta \text{ij}$ .

Extract. parietar.

vel fruct. alkek.

Thereb. coq. in aq. fragor. q. s. ut indurascat. Formentur exinde pitula mediocres num. CCLII.

Involutæ succin. alb. præp.

D. S.

Præservirende Stein-Pillichen  
auff einmal num. XXI. mit  
obigem Safft zu nehmen.

LXXV. Materiam certè propter magnam ingredientium vim strenuè removebunt, à Calculisque insigniter præservabunt. Nam de THEREBINTINA refert *Amatus Lusitanus, Centur. 2. Curat. 68.* quendam Monachum cum articulari morbo simul & nephritico sæpiùs corripì soleret, & nullo remediorum genere convalesceret; tandem assiduo

Thereb. usu non solum liberum à presentibus morbis evasisse; sed & à futuris eorum insultibus se planè tutum præstitisse. Quantum verò RHABARBARUM Renibus, hepatis, ac ventriculo profit, præcipuè datum in substantiâ, declarat in consiliis suis celeberrimus Medicorum, Crato à Crafftheim Consil. 153. Confirmant & sciunt omnes periti medici, nec nos noctuas athenas mittere decet.

LXXVI. Pro ventriculi confortatione, alimenti distributione, caloris nativi suscitatione, redivivi recreatione, actionum jecoris & renum roboratione hæc in formâ solidâ parata confectio est magnifica, de qua tantum horâ unâ ante Cœnam & Prandium sumitur quantum duo cultelli cuspides comprehendunt:

R̄ Spec. Diarrhod. Abbat. ʒij

Diari Quercet. ʒü.

Magister. Succini

Salis ononid. a. ʒü

Sach. Rosati tabul. ʒü.

ol. Cinam. g. üü

anisi totidem.

M. D. ad Scatul. S.

Præservativ. Triseneth vor  
den Stein.

LXXVII. Ita semper in statu Præservationis astro coagulationis aliud similiter exaltatum contrario aspectu opponendum est, cujus radiis illud vel planè destruat; vel ejus influenza effectum frustretur. In quem finem olei juniperini guttulam unam vel alteram pelle passularum inclusam sæpiùs deglutiendam, aut ante prandium cœnamve avellanas aliquot comedendas Job. Crato in Consil. à Scholtz. coll. consil. 140. 141. admirando successu exhibuit.

LXXIIX. Nos alternis vel singulis diebus usum Bacc. Junip. Robob. Junip. ut & Spir. Junip. Spir. Fragor. ac similitum non dissuademus, quia totius substantiæ ratione tam renes & ureteres, quàm vesicam ab infarctu arenularum videntur liberare. Quemadmodum & digna laudum præconia,  
spi.

*Spiritibus*  $\text{\textcircled{O}}$ tri,  $\text{\textcircled{F}}$ ri,  $\text{\textcircled{O}}$ lis,  $\text{\textcircled{O}}$ li, aliisque, acetosis, esurinis dictis, non derogamus, quorum sanè paucissimæ guttulæ *ventriculum* primò ita roborant, ut  $\text{\textcircled{F}}$ rum non secus ac strutiocameli stomachus ferrum, absumat & dissipet, postea in *renibus* vel *vesicâ* cum *Conserv. flor. Malv.* aut *violar* eundem aciditate, suâ  $\text{\textcircled{Q}}$ iali resolvendo imminentem coagulationem planè prohibent.

LXXIX. Sed hoc dissimulare non possumus, hujusmodi *Spiritus* in nonnullis subjectis humidum Balsamicum partibus insitum ante tempus consumere aut destruere: in illud enim per vim exiccantem egregiam non ita benignè agunt. *Non est panacea*, (inquit Angelus Sala de spir.  $\text{\textcircled{O}}$ li) *uti quidem sibi persuasere multi, qui omnia ad pauca intempestivè & dispendio potius quàm compendio reducere conantur; quin propter qualitatem acrem & valdè incisoriâ non potest non graviter offendere, si detur in morbis & naturis quibus non debet.* Hæc Sala. Idem de aliis iudicium. Ideò ab eorum usu immodico cavebunt sibi gracilioris stature homines seu exsuccis & juncei illi, quorum valetudinem etiam auræ mutatio variat. Potius ubi intemperiem quandam calid. & siccam in renibus, vel alibi persenserint, eam per *alterantia* & *lubricantia* corrigere & ad statum naturalem aut naturali proximam reducere annitentur.

LXXX. CHIRURGIA non exiguam *præservandi* anxiam præbet. Nam quibus ingens sanguinis copia in venis coacervatur, ea iterum moderatâ venæsectione educitur, impurumq; ac lentum, à salubri & puro secernitur, calida simul renum intemperies emendatur. *Jecorariâ* autem chirurgum secare, *Saxonia in Pantheo Medicina lib. 3. c. 41.* jubet. HÆMORRHOIDES cum à multis morbis liberent, simul & à *Calculo* præservabunt. Ita enim expressè habet apud *Hippocratem Aphor. undecimæ sectionis sexta*: τῶισι νεφροστιχοῖσι ἀμωρροΐδες Πρυγνόμυνας ἀγαθόν. Videatur de hac re ulterius *Galen. in comm. Hipp. 6. Epidem. 5. com. 25. 6. Epidem. 3. com 37.*

MEMBRUM VII  
De Calculi Curatione  
THESIS LXXXI.

**CALCULUM** ipsum quod concernit, eum vel *instrumentis* & manuum ope integrum ; vel *medicamentis* attritum & comminutum auferimus, viis per quas transire debet, prius ad hunc finem præparatis. Quod si tamen symptomatum vehementia omnem ad se curam trahit, istis non minori studio à nobis succurritur per **DIÆTAM, PHARMACIAM, CHIRURGIAM.**

**LXXXII.** Inter cætera, quia *Calculi* morbus longus suâ naturâ est, **VICTUS** rationem ægro præscribendam esse ducimus non *plenam*, quæ vires augeat ; non etiam *tenuem*, quæ diminuat, cum ἐν τοῖσι μακροῖσιν αἰεὶ παθεσι, καὶ ἐν τοῖσιν ὀξείσιν ἔμὴ ὀπιδέχεται σφαιερῆς αἰ λεπτῆς ἀκέραιες Διαιται  
Ut habet *Hipp. 1. aph. 4.* Sed *mediocrem*, quæ eas conservet : In ipsis tamen accessionibus à cibo abstinere jubemus, aut victum saltem tenuem commendamus *1. aphor. 11.* tantoque tenuiorem, quantum dolor & reliqua symptomata magis infestant, *1. aphor. 7.* memores interim, quod, τῆ ὤρη καὶ τῆ χύρῃ, καὶ τῆ ἡλικίῃ, καὶ τῷ ἔθει semper sit aliquid concedendum, secundum *sectionis primæ Aphor. 17.* Sic *humidioribus* & *obesis* corporib. quæ Calculus infestat, audacter tenuem victum injungimus : *Siccioribus* verò & *gracilioribus*, mediam inter extenuantem & impingvantem victus rationem præscribimus.

**LXXXIII.** *Accessionem* ubi evasit Æger, quoniam laboribus jam fractus est, eum restaurare contendimus, animadvertendo, quod quæ sensim evacuata sunt corpora, sensim reficere oporteat, *2. aphor. 7.* quæ verò brevi, repente ; quodque cibi liquidiores ad citò restaurandum magis apti sint, cum faciliùs sit potu refici, quàm cibo, & humidum alimentum citiùs transmutetur, quàm siccum, sicuti patet ex *lib. de alimentis* & *2. aphor. 11.*

**LXXXIV. PHARMACIS** universalibus vel coarctatas  
vias dilatamus & dolorem mitigamus; vel primas vias per *al-*  
*bum* leniter expurgamus. Hac in re ex emollientibus, la-  
xantibus & anodynis parati *Clysteres* pluribus scopis satisfa-  
ciunt, quos idè reliquis medicamentis tutò præmittimus,  
exiguam non rarò liquoris injiciendi copiam constituentes,  
nimiamque viscosorum quantitatem excludentes, ne transi-  
tus impediatur, aut distentis *intestinis* & *Renibus* compressis  
dolor potiùs augeatur, quàm minuatur. Id quod *Ruffus Ephe-*  
*sus* æquâ lance perpendit, *de renum affectib. c. 4.*

**LXXXV.** Recipimus autem pro Clystère

*Rad. althea* ℥i.

*Lil. alb. cichor. a.* ℥ss.

*Herb. malv. viol. pariet. a.* Mj.

*flor. chamæm. Rom.*

*Melil. verbasci a.* Mss.

*sem. lini, fænugr. a.* ℥ss.

*Petrosel.* ℥j.

Coq. in f. q. aq. ad 3tiās

*R. Colatura* ℥x. vel ℥xtr.

*Elect. de succo Rosar.*

*de psyllio a.* ℥ss.

*ol. viol* ℥j.

*anethi* ℥j.

*olis gemmæ* ℥ss.

f. l. a. clyster, horâ & temp.

conven. applicandus.

**LXXXV.** Si *Clysteres* intempestivus pudor non admit-  
tit, alia *lenientia* in promptu sint. *Elect. Elefcoph. Diasebest. De*  
*succo Rosar. Cassi arecens extr. elect. lenitiv. antinephrit. Querc.*  
*Extr. Rhab. Diacarth. syr. Rosar. sol. Diaphrum Querc. & nun-*  
*quam satis laudatum Extr. Panchymagogen Crollii.*

**LXXXVI.** Aut de liquore hoc *preo* per aliquot dies  
*manè, de merid. & vesperi*, pro dosi haustum unum propina-  
mus

*R.*



Rj. Aq. viol. malv. a. ℥vj.  
ferventib. infundatur

♀ ⊕ lati ℥s.

Mixtis & dissolutis add.

Aq. Cinam. Buglossata ℥ij.

syr. viol. solut. ℥ij.

vel Rosar. solut. ana.

LXXXVII. Si vehementioribus per alvum & urinam evacuandi modis sub initium tententur partes affectæ, periculo non vacat; nam stabulantes in primis viis humores vitiosi vi quadam ad *renes* deturbantur, ipseque leviter se movens aut quietè agens *Calculus* motu violentiori in angustos urinæ meatûs præcipitatur & impingitur. Absolutis mitioribus ad valentiora tunc progrediendum, non neglecto tamen semper eorum delectu; *Αγαφέρει ἢ καὶ πάθημά τε πάθηματ' & μέζον τε καὶ ἑλασσον, καὶ χεῶς χεῶτος καὶ θερμπεῖν θερμπεῖνης*, ut ait *venerandus Senex* 1. de *Morb.*

LXXXIIX. Ubi *Clyster*, vel clysteris loco *leniens aliud* officio suo erit defunctus: mox ad *venesectionem* est prope- randum; modò eam usus & necessitas expostulaverit. Præ- sente plethorâ & virium robore vena findenda non (*ut rectis- simè Pereda*) propter *dolorem*; hic enim vires dejiciens, poti- us eam impedit: neque propter *morbum*, quia lapis sui abla- tionem indicans sanguinis missione excerni non potest: sed propter *morbum magnum*, qui futurus timetur nempe *inflam- mationem*, quam nimium dolentes aut calentes partes, hinc inde alliciendo sanguinem, concitare possunt. Favent huic intentioni viri in Medicinâ gravissimi, *Reiner. Solenander, lib. Consil. Sect. 1. consil. 15. Læl. à Fonte consult. 1. de Nephrit. Barthol. Turrianus in Buliatr. l. 4. c. 3.*

LXXXIX. De *Poplitis venâ* consilium advertere licet *Hippocratis lib. 6. Epidem. t. 7.* tamen inter omnes non conve- nit, quia si h. m. in *Pblethoricis* procedatur, facilè, lapsu pro- clivi, ad locum adfectum humores traherentur; *nonnullorum* ex mente *interna cubiti vena* magis tundenda erit, quæ affluē- tem sanguinem à *renibus* revellit. Facto hoc non inconsultò

&

& *poplitis* vena aperitur, quo renum repletioni succurritur. Quod si verò procul absit insignis *Plethora*, sola haec, aut quæ in *malleolo* est, secabitur.

XC. *Quantitas mittendi sanguinis* viribus æquanda. Quæ si adhuc firmæ, largiorem; si verò doloris vehementiâ prostratæ fuerint, parciolem; vel *hirudinum appositionem*, aut saltem *crurum scarificationem* requirunt. Et quamvis *Galenus* tantum evacuare jubet, quantum peccat, e. g. si ratione copiæ ad lbj. peccaret, unâ librâ detrahendus esset sanguis: hoc tamen, ut habet *subtilis ille Capivaccius*, lib. 3. *prax.* 1. c. 28. non tam in lapide actu genito, quam cuius metus est, attendendum, cum ille, qui jam affligit, vires, ut dictum, mirum in modum prosternat.

XCI. ΛΙΘΟΝΤΡΥΠΤΙΚΩΝ, ♀rum domantium, ♀reos & infernales dolores prohibentium, Θliaque in *Microcosmo* exorbitantia, resoluta nempe vel coagulata, ad mediocritatem reducentia, amplissimum, ditissimumque penu, provida, mater, NATURA, largissimè effudit, adeò ut cum *Fernelio* fateri cogamur, nullam esse remediorum penuriam; sed nostram plerumq; eorum ignorantiam. Cui etiam, ut subveniret benigna mater, pleraque evidentibus signaturis, inscriptisque characterismis, ita depinxit, ut res ipsæ & natura quasi nobiscum loqui, suamque indolem & dotes reconditas propalare gestiant; Quod *Euripidis* olim votum fuit, modò prudenti animadversione hanc naturæ loquelam & scripturam addiscere & percipere velimus, possimus.

XCII. Operantur vel manifesta qualitate serositate nim. & partium tenuitate viq; abstersoriâ, vel peculiari & occultâ virtute. Ex PRIMA CLASSE præcipua sunt *Rad. Gramin. Alb. Urtic. Ononid. Pimpinell. Herb. Malv. Bismalv. Flor. Genist. Sem. 4. frig. maj. &c.* è quibus, ut & seqq. eliciuntur virtuosissimæ aquæ & tincturæ, subtilissimi spiritus, non ingrata olea, extracta, magisteria: Conficiuntur syrups, conservæ, condita, trochisci, species &c. AD SECUNDAM CLASSEM referuntur *Petrosel. Saxifraga, Parietar. Milium Olis, Fruct. Halicac. Alkek, Cynosbati, Bacca Hederæ, Junip. Fructus lapidosi*

*conclusi nucleis, Persicor. Cerasor. Malor. Armeniac. Lapilli Me-  
spilor. & quæ calculosis prodesse tacito veluti indicio in-  
nuunt alia.*

XCIII. Sic pleriq; lapides lapidem in homine resol-  
vunt. Ipse ex humano corpore calculus exectus vel excretus  
hoc præstat insigniter: *Lyncis, Prunella, Lap. Judaic. Ipsi silices*  
ad miraculum comminuunt. Medicina Calculi *Crystallus*  
est, qua non præstantior, felix qui potest præparare, inquit  
*Paracelsus. Lapidis ex Armenia* allati & veluti gemma nobilis  
(*Nephriticum dicunt*) in armillis vel alio modo extra corpo-  
ri, in primis verò arteriis alligati, stupenda & admiratione di-  
gna vis est. Innotuit ea cum aliis *Job. Francisco Ulmo*, quam  
plenis buccis deprædicat *de occult. Medic. propriet. lib. 2.*  
*cap. 7.* Fidem confirmat fide dignus *Anshelm. Boeth. de*  
*Boeth. de lap. & gemm. lib. 2. c. 10 p. 1226. & 1236. Corallorum*  
*Oculor. 69. Testarum Limacum* elegantissima Magisteria expe-  
rimento quis non cognovit.

XCIV. Ex interna quoque signatura, salia resolvendi  
vi prædita, & quæcunque ☉lino abundant spiritu coagula-  
tum in *Microcosmo* sal resolvunt. ☉ *urinae hominis* contra  
♀rum & calcul. singulare est *Croll. de intern. signatur.* ☉ *vo-*  
*latile succini* in olei destillatione collo retortæ adhærescens  
colore croceo s. flavo, nulliusque insignis acrimoniæ parti-  
ceps tanquam efficacissimum deprædicatur à *Libavio, Tom. 1.*  
*Syntagm Arcanor. l. 8. c. 19. Sal ♀ris fixum* excellentissimum  
est. *Sal ☉tri. ☉item ♀ri Crystallinum. Magister. ♀ri ☉lat.*  
*Crystalli ♀ri,* calculo oblectis egregie opitulantur. Ut ex-  
perti testantur è plurimis *Quercetanus in consil. de Nephris.*  
& *Crollius in Basilicâ Chimicâ.*

XCV. *Spir. urinae, spir. ☉li, ♀ri, ☉lis simplex* aut ♀ri-  
satus vel ☉tratus, ☉trosoq; impregnata spiritu eximias in cal-  
culi solutione vires obtinent. *Ol. ludi humani* commendat  
*Paracels. Tr. 2. de Morb. ex ♀roc. 1. Spir. calc. vivæ* ritè præpar.  
ut ad *Podagram,* sic & ad *renum & vesicæ* Calculum potentis-  
simè valere tradit *Rhenanus in Clavis. Manuduct. in Lib. Parac.*  
*Sangvis Hirci,* si durum *Adamanta* solvat, quidni & *Calculum* &  
San-

*Sanguis leporis, pili ejusd. & pellis, ipseq; totus, imprimis Martio vel Majo combustus*, Calculos exigit, & renes mundificat, fortè, quia *Malvis, Brassicis, Nasturtiis, aliisq; Lithonript. herbis* tunc temporis vescitur. *Ciceres rubr. faba, & Stipitum fabar.* ob  $\ominus$  amar. & absterfivum, quod ex ter. is eliciunt, (& ob quod in nonnullis locis segetibus circumferuntur, quo dulcius evadat frumentum) *Calcul. feliciter pellunt.* In *Millepedib. sive Asellis & Oniscis* (de quibus *Dioscor. l. 2. c. 34.*) efficacissima sanè vis est. Videmus *Ligna & Marmora* etiam durissima ab ipsis exedi.

XCVI. Sic *Musculus Marinus*, Gr.  $\beta\epsilon\upsilon\omicron\nu\ \tau\alpha\lambda\acute{\alpha}\sigma\iota\omicron\nu$ , quia in falsà terrâ nascitur, multum  $\ominus$ lis habet, & inter herbas saluginosas refertur, quemadmodum & *Kali*, & ille quam *Usneam* dicunt. Hujus *Musci*, vel etiam *terrestres* (*Lycopodij dicti*) decoctum ac ejus liquor stillatitius *Calculum* frangit, minuit, expellit. Præ cæteris autem *Musculus lapideus & saxatilis*, [ut sentiunt *Botanicæ Professores Dodon. Histor. stirp. Pempt. 3. l. 5. c. 14. Tabernæ mont. βοτανολογ. part. 2. c. 97.*] *Sabulum* ex renibus expellit, & ad *podagram* exhibetur, quod ille in sylvis sabulosis ac inter muscosos lapides nascatur, quemadmodum & illæ herbæ, quæ *saxifragæ* sunt, inde *Calcifragæ* evadunt. Quanquam ut præclare ostendit quidam *Criticus* hujus ætatis celeberris. *Calcifraga & Saxifraga* dici potest quælibet herba, quæ *Calculi* frangendi vim habet, attamen commodiùs illa herba *Calcifraga* vocatur, quæ *Calculum* minuit, & *Saxifraga*, quæ nascens *saxa* frangit.

XCVII. COMPOSITA & MAGISTRALIA si quis exoptet, longâ serie descripta hinc inde inveniet. Nobis præcipuè arridèt cū *tincturis, & Essentiis*, *Magisteria nec non alia beneficio Chimiæ*, ex his per compend. concinnata, non quidem *sacharotumida*, *virtute* autem turgida, minusque fastidiosa. Subsequentibus interim *species Nephriticæ* universale ad *Calculum* &  $\text{♀}$ reos morbos erunt remedium, idque propter varias signaturarum formas. *Auroris* continuis  $\text{ʒ}$ ss. vel  $\text{ʒ}$ ij. in *aquis specif. Ononid. Petrosel. Terrestris Hedera* (*Mulieribus*

in *Aq. Artemis, Meliss. Baccar. Junip.*) degustentur.

Rx. *Magister. Oculor. Cancr. ʒij.*

*Corallor.*

*Succini alb. a. ʒj.*

⊖ *Lapid. Percar.*

*Microcosmici fixi a. ʒi.*

*Crystall. ♀ ʒi.*

*Ol. Cinam. ʒi.*

*Sacchari candi alb. ʒiiij.*

M. F. *Omnium pulvis subtiliss.*

D. ad *Scat. S.*

*Bermischtes Stein-Magisterium.*

XCIX, Franguntur lapides, & ad minuta secernuntur, fabulosaque hypostases per urinam expelluntur, si alternis diebus in syrupo vel brodio de consignato spiritu gutt. 15. vel 20. assumantur.

Rx. *Spir. ♂lis rectific. ʒiij.*

*♂tri rectific. ʒi.*

*Spir. fragor. ʒij.*

Rubeat cum syrup. viol. simpl. l. q.

S.

*Stein-Spiritus.*

XCIX. Nec minus celebris & virtuosa est hujus *Aquæpellentis & confortantis* operatio, simul omnem *Ischuriam, Dysuriam,* atque *Stranguriam* citra molestiam solvens.

Rx. *Aqu. Fragor. ʒiij.*

*Beton.*

*Saxifrag. a. ʒii.*

*Spir. fragor.*

*Berber. a. ʒj.*

*Syr. Rub. Idai ʒii.*

*Berber.*

*Fragor. a. ʒij.*

*Syr.*

Syr. Viol. ℥j

Spir. Elis ꝑti aut Otrati ℥ij

M. D. S.

Stärckend Treib-Wasser im Stein  
wehen

C. *His & centum aliis specificis ex arte signatâ, totaque substantiâ internum Calculi principium λιθοποιητικόν & congelativum extrahentibus & dissolventibus præcipua curationis pars consistit. Aureos alios, quos de SIGILLIS & variis characteribus insignitis pentaculis nonnulli pollicentur montes, pede tacito transilimus, utpote qua viâ immorari turpe est Christiano Medico. Galenus ipse, quicquid est talium μαγτανείων ut falsas καὶ ἄδυνα λόγον ἰατρικόν ἐχέσας repudiât, omnesque τῶν πειραπτῶν ληρώδεις μεταμορφώσεις improbat, ut scribit Simon Majolus, Tom. 2. canicular. colloq. 2.*

CI. Si *Ureterib. illapsus Calculus* ob loci vel angustiam, vel naturæ excernentis infirmitatem ulterius progredi nequeat, dolorque gravis exerceat, nec non ad *coxam, vesicam*, testes & *penem* cum assiduâ mejendi & exonerandæ alvi cupiditate se protrahat, intingendo locum affectum *emollientibus CUCURBITULAS sine scarificatione cum multâ flammâ* apponimus, deinde ad inferiora per obliquam *ilium* positionem easdem deducimus ac protrahimus. Ita præter id quod *dolorem* sedamus, Calculum per *ureteres* in *vesicam* transponimus. Id quod in scriptis suis nos latere noluit non vulgaris notæ Medicus, *Frambesarius, Consult. 22. & paræus*, Chirurgus peritissimus *l. 16. c. 38.* qui simul Frictiones superne deorsum vergentes cum linteis calentibus maximo-perè extollit. Ad eundem scopum *fomentationes, infessus, sacculi* etiam collimant.

CII. SECTIONEM *reliquis mediis* nihil juvantibus, *tandem*, sed maximâ cum præmeditatione adhiberi posse censemus, præsertim cum unica spes salutis in hujusmodi sectione adhuc supersit. Meliùs enim anceps experiri auxilium, quam nullum: multaque in præcipiti periculo rectè fi-

unt, aliàs omittenda, ut *Celsus* habet l. 3. c. 18. Cujus nihilo-  
minus severum monitum oculis nostris obversatur, dum in-  
quit. *libro 7mo cap. 26. Non omni tempore, nec atate omni con-  
venire sectionem, nec in omni Calculo.*

CIII. RENALIS omnibus terrorem incutit, cultrum-  
que è manibus excutit. Circumfertur quidem è *Monstre-  
leti* chronicis historia nobilis cujusdam *Sagittarij Modunensis,*  
*Calculo renali nimum quantum divexati.* Cui cum jam mor-  
ti adjudicatus esset, concedente *Magistratu* ob nictantem  
petitionem *Medicorum Lutetianorum,* venter apertus fuit,  
quò *Lapis* perquireretur, & locus *Lapidis* observaretur. Re-  
positis intestinis vulnus confutum fuit, ipse verò *sanitatem*  
*pristinam* adeptus est, sententiã qua morti erat adjudicatus  
remissã. Hanc historiam citat *Paræus, lib. 24. c. 19.* eamque  
non omnem modò admirationem sed & fidem superare ait.

CIV. VESICÆ vero *Calculum* sectione extrahendi mo-  
dus in duplici consistit apparatu MAJORI vel MINORI. In  
hoc urethra: In illo ipsa membranosa pars circa collum  
vesicæ ad latera perinæi aperitur. Videatur *Paræus lib. 16. c.*  
*42. & Franciscus Rossetus de partu cesar. sect. 3. c. 6. 8. 9.* Uter-  
que modus caret periculo, si dextrum inveniat operatorem.

CV. EXTRAORDINARIA Calculi utriusque  
cura symptomatum mitigationi studet. Inter quæ magis  
urgent dolor, egregium illud tactus symptoma, urinæ sup-  
pressio, erosio seu exulceratio. *Dolori* regulariter per ano-  
dyna & lenientia tam interna quàm externa succurrendum.  
Conveniunt *enemata, balnea, fomenta, inunctiones,* con-  
stantes partibus quæ discutere, roburque insigne tam vesicæ  
quàm Renib. addere pollent.

CVI. Egregiè sopit *Ol. Amygdalar. dulc.* Empla-  
stro *de Cancris* vis levandi magna est. Illud hinc inde in  
consiliis suis *Crato* decantat, estque tale.

℞ *Cancror. paria vj.*

*Bulliant in s. q. aq. pure vel Lact.*

Con-

*Contund. rursumq; coquantur*

*Succus exprimatur, quo postmodum  
imbuatur medulla panis albi, add.*

*Vitell. Ovor. numer. iij*

*Ol. Viol. vel Amygd. amar, q. s.*

*M. omnia in Mortario Extendantur  
in panno lineo, quod  
Renib. atque ureterib. applicetur.*

**CVII.** *Ejusdem emplastrum de parietur. Calculum,  
ad delapsum egregie sollicitat*

*Rx Parietar. m. iiij*

*Coqu. in s. q. ol. Amygd. d.*

*add. Coepar. sub. Cinerib.*

*coctar. num. iij*

*ol. Scorpion. ℥ss.*

*M. F. Emplastrum.*

**CVIII.** *His & Similib. nonnullæ Mucilagines, Semi-  
num, Fœnugr. Lini, Althææ, & alia Emollientia commode ad-  
junguntur. Cujusvis voto satisfaciet hocce membrorum re-  
gioni inunctum linimentum:*

*Rx Ungv. Dialth. ℥j*

*Rosat. Mes. ℥j*

*Sachari Saturn. ℥j*

*Croci gr. vij*

*Ol. coct. Scorpion.*

*Chamome.*

*absynth. a. ℥j*

*M. F. Linimentum molle*

*D. S.*

*Nieren-Sälblein.*

**CIX.** *Si mitioribus non expugnetur immanis dolor, ad  
Laudani opiatum & aliorum Narcoticorum usum compellimus,*



& ut *vitali indicationi* per confortantia succurramus, tacitè quasi admonemur. De hoc autem quod est in formà liquidâ, *remedio*, cochlear *unum* aut *duo*, exigente necessitate degustentur

R̄ Syr. Diacod. ℥ij  
 Laud. opiat. ℥ss.  
 Tinctur. ♂ i ℥iij.  
 Essent. ♂ li ℥j  
 M. D. S.  
 Stärck = Saft.

CX. Vel sub ingressum lecti ea, quæ consignata est *pilularum* quantitas deglutiatur:

R̄ Laud. Opiat. gr. iij. iiij vel v.  
 Tinctura Corall. guttul. aliquot  
 F. inde *Pilula parva inauranda*  
 D. S.  
 Linderungs = Pissen.

CXI. Urinæ difficultatem tollimus, dimovendo à loco suo, aut extra corpus ejiciendo lapidem. Elegans est sententia *Hippocratis 2. coac. prenot.* Οἱ λιθιῶντες χησμαπιθέντες ὡσε τὸν λίθον μὴ προπίπτειν πρὸς τὸν οὐρητήρα, ῥηϊδίως οὐρέουσι. Admonemur, *situs corporis mutationem urinam ciere.* Hinc ægros pedibus elatis concutere solemus. ALII si lapillus collo *vesicæ* vel *urethræ* initio impactus, doloribus consuetis intensissimis infestet, & urinam cohibeat, *cathetere argenteo, candelâ cereâ, vel Siphone*, cum dextrè uti noverint, rem expedire facilè solent. *Quidam* si circa glandem hæreat lapillus, *hamulis exilibus* extractionem felicissimè moliuntur. In foeminino sexu ob commodam occasionem meatum urinarium laxiorem dilatandi leviori negotio Calculo & ischuriæ occurrimus præcipuè si instrumentum, quod simul & dilatare & apprehendere solet, adhibeatur. Non rarò quando sanguinis grumæ aut crassi & fœculenti humores

res alii fundantur & dissolvuntur, eadem urinæ difficultas amplius non infestat.

CXII. *Apostemata* vel *ulcera*, si quæ conjunguntur propriis remediis sanamus. *Excoriationem* exiccantibus & detergentibus consolidamus, & si quæ alia ex latente diutius ac retentâ materiâ acri, levi etiam occasione oboriantur *symptomata*, ea materiæ contemperatione & educatione plenariâ removemus. Prout hanc curandi cynosuram Amplissimum Medicorum Lyceum præfigit, quod myriades Practicantium, si eo nomine salutabuntur, abundè dictitabunt.

Atque sic, quantum hac licuit

Σωτομία, nostro satisfactum de-  
fiderio. Tendimus ad por-  
tum, & victis valedici-  
mus undis.

ΘΕΩ ΠΑΝΤΟΚΡΑΤΟΡΙ

ΔΟΞΑ ΚΑΙ ΕΙΣ ΑΙΩΝΑ ΑΙΝΟΣ.

F

Sub-

SUBLIMI feries sydera vertice ,  
DUM, CLAUDERE, pigrū tollis humo pedē  
Et firmâ geminos mente petis Polos:  
Factis si qua Virūm præmia fortium  
Sunt dicata; piis in qua laboribus  
Æquus Jova dari munera postulat,  
Jam pridem è medio sustulit alveo  
Doctum Sala caput; ter manibus dedit  
Signum lætitiæ Sala pater suæ:  
CUM quondam Cathedræ pulpita scanderes,  
Et seu *Philosopho*, seu *Medico* choro  
Cedro digna dares memata. Nunc novo  
Gratatur calidis insuper ausibus  
Plausu; teq; simul gestit ad æthera  
Jam jam ter geminis tollere honoribus.

*Clarissimo Viro*

*Dn. M. JOSEPHO CLAUDERO  
Med. Cand. dignissimo, Physico Fran-  
coburgano & Practico felicissimo hoc A-  
micitiæ monumentum posuit*

*Christoph. Schelhammer/  
Med. D. & P. p. t. Rector,  
Facultatis Decanus.*

-2up-

CLAU.

**C**LAUDERE, flos SOPHIÆ nitens, medentium  
perenniclara gloria;

talis sciendi fervor, atque audax calor,

mentem penetrarunt tuam,

naturæ ut haut satis parentis abdita

causasque novisse æstimes,

verùm & decorum per medendi munia

Machaonis castra insequi,

necemque sistere & moram linctri dare.

O ardua ausurum caput,

quæcunque summo Pelii in cacumine

dictasse Chironem ferunt.

Hostes repelle fanitatis perfidos,

clademque debella, gregi

quam CALCULUS minatus est mortalium.

Hic TE virum præsta gravem,

hic Hippocrenen faucibus totis trahens

laticesque Pindi limpidos,

Spartam tuere: sic superbis emicans

præconiis, & præmia

laudum reportans digna virtutis tuæ

ILLUSTRE LUCEBIS jubar.

### CLAUDE RE

*TE nostræ Universitatis nobile & generosum membrum paucis benevolentissimo ab animo profectis compello versibus. Comitetur porro conatus tuos Fortuna Practica, quâ aliquot ab annis clares. In honore te habeant FRANCOHUSANI, qui doctos virtutumque cultores dignis noverunt prosequi amoribus, & extollere favoribus. Consilia tua exoptent vicina Nobilium amplissima familia, cives plebeji, & quicumque peritè à morborum insultibus præservari & curari exoptant.*

**GVERNERUS ROLFINCK, Phil. Med. Doct.**

**Pract. & Chim. P. P. Facult. Senior.**

Quas,

**Q**UAS, CLAUDERE, catæ solerti indagamentis  
De CALCULO ponis theses,  
Albo DOCTORUM quis non notet usque lapillo,  
Promtis probetque calculis?

*Adfn. e.p.*

M. Michael Crellius Ecclesiast. Altenb.

**F**ORTE suburbanò subter frondente Theatrò  
ptopter Salaidos murmura, palor ego;  
In *Paradisiacis Phæbéæ Tempesti* vallis  
audio mœstificos terricreposque fonos  
Scilicet Eumenidum, *Morbonia*, tetrica proles  
congrege cum cœtù sic gemit atque fremit.  
Quæsiit hanc *Erebi-Deus*: Ecquis Panicus, *Ate*!  
Teque Tuo-que meos terror & error habet?  
*Illal* sed hæc singultanti vix tertiat ore:  
Heû Pater! *heû! mi-miserum pel pellimur orbe genus.*  
En queis compedibus, *Scythicâ* ceu rupe *Prometheus*,  
ad Vestros vincita & vincita relegor agros!  
In cassum vites nostræ, Vis omnis inerma:  
*JENÆ* ita *Pæonides* obtinuere *Deæ*.  
Bellipotente fugant nos dextrâ. *Hæmorrhoidis* ivit,  
atque *Hypochondriacis* nota *Melancholia*:  
cumque *Dysenteriâ* per-iiit circum-undique-serpens  
*Gangrena*, & strepitûs *Æmula bombisoni*.  
*Gingi*-que jam-pedium vix Ordo *Machaonis* Orbe  
proscriptis, subitò en *Calculus* adjicitur.  
*Belle ita!* *Confluges* *malesana*, *Pathemata* *nostra!*  
Ite die-rectâ, quâ patet aula *stygis*.  
Et Tu *monstrigenæ* Domitor, *CLAUDEEE*, *catervæ*,  
alter ô *Alcides!* *Maeste* *Labore* *Tuo!*

M. Josephus  
Clauder xca]  
avayc.  
Sic Lau-  
dem supe-  
ro.

Et dominis fatorum herbis expelle *Lapillos*,  
ceu Tua proposita hæc *lemmata* docta docent.  
Sic Tua, *purpureâ* maestabit timpora mitrâ  
*Phœbus*: SIC LAUDEM stellimicam SUPERAS.

Ita CLMO & Experientiss. Dn. DOCTORANDO,  
Consalino suo honoratiss. accinuit

Joh. Posner Geranus LL. Stud.

F I N I S.